



1791-92

103814

Mag. St. Dr.

II


BIBLIOTHECA
UNIV. JAGELLA
CRACOVENIS

CRACOVENSIS

1791-92



2



1791/2
Univ.
PROSPECTUS
LECTIONUM
IN
ALMA ACADEMIA ET UNIVERSITATE
VILNENSI
SCHOLÆ PRINCIPIS M. D. LIT:
NOMINE INSIGNITA
A D
INSTAURATIONEM STUDIORUM
Ex Anno 1791. in Annum 1792.
PROPOSITUS



VILNÆ
TYPIS SACRÆ REGIÆ MAIESTATIS
Penes Academiam.

Pedag. vol. 1155,

PROSPECTUS
LIBRORUM

IN

ACADEMIA CRACOVENSIS

103814

— 1731/52

mag. St. Dr.



STUDIORUM LIBRARIA

UNIVERSITATIS POLONIAE

CRACOVENSIS

103814

— 1731/52

mag. St. Dr.

ALIENAE
LIBRARIÆ
ACADEMIAE POLONIAE
CRACOVENSIS

DISSERTATIO

*De prejudiciis contra Anatomiam, ad instaurationem studiorum,
in Consessu Academico publice habita. Anno 1791. Menſe
Oktobri: a JOANNE ANDREA LOBENWESEN, Medicinae
& Chirurgia Dotore, Anatomiae & Physiologia Professore
publico ordinario.*

Ea fuit a primis omnino incunabulis Anatomiae sors, ut, quantum interius premeretur hæc Scientia propriis studii & exercitii sui incommodis; tantum exterius quoque obtunderetur omnis ævi præjudiciis, odio, calumniis, detractionibus. Inter omnes enim scientias fere sola est Anatomia, ad cuius studium nihil est, quod excitet, quod stimulet, aut quod ejus incrementum nutriat & alat. Atque istud eo acerbius accidere solet, quo illa majori suo cum incommodo ac labore jaciat fundamenta, quibus saluberrima ars conservandæ restaurandæque valetudinis nititur; atque vel eo nomine per quam optime de genere humano mereatur.

Laborat Anatomia per se ipsam summa difficultate, destituta non solum omnibus illecebris, quibus ad sui studium, amorem, veneracionem trahere & allicere posset, verum etiam obnoxia est plurimis, iisque asperrimis æruminis ac molestiis, quibus cultores etiam suos non raro avocare, seu potius deterrire soleat. Exanimi humani corporis membra separata, avulsa, disjecta, mutila, cruenta, exhalationes putridæ ac molestæ, & ut paucis rem absolvam, quamcumque in partem oculos vertas, dira ubique mortis imago. Peregrina inter homines, qui nullis rebus seruis, nisi blandimentis tantum vitæ indulgent: aliena a conversatione delicatorum, mollicolorum: exosa societati comptiori ac politulæ: abdita urbium latæbris, abscondita in nosocomiis, nunquam recreata est suffragiis illorum, quibus nihil cordi est, nisi quod amoeniori vitæ arrideat, qui non perstringuntur, nisi externo ac futili splendore, qui non alliciuntur, nisi exquisita deliciarum varietate. Anatomicorum interea est, frigore manus adurere, infensam habere plebeculam, naufragundos magnates: Anatomicorum est, descendere in sepulcra, vivere inter funera, rimari intima exanimati corporis, diffingere mortis claustra, ut ita pandant organa vitæ. Anatomico non datur lætari, donec summum Creatoris artificium, admirandam scilicet corporis humani organizationem, intime perspexerit: eo vero antequam perveniat, desundendum ipso est assidua sectionum Anatomicarum administratione: quæ ipsa tamen, pro ea voluptate, qua cultores suos privare solet, eo usque, dum optatum perfectionis gradum attigerint, nihil reddit, nisi anxietates ac molestias, tanquam hujus scientiæ comites assecelasque individuas.

Quis, quæſo, inter tot ac tanta obstacula manum de tabula non movebit, pedemque non referet? quis totis remis velisque adverso A sem-

❧

semper contendet flumine? cui erit animus ad suscipienda tam arduæ provinciæ incommoda? ad extorquenda ipsis magistratibus cadavera? ad eos denique precibus exorandos ne quærenti tristem illam materiam haud grati laboris, commodo tamen hominum suscepti, denegare velint? laboris, inquam, de quo possem merito illud Ciceronis asserere: *omittenda sunt omnes voluptates, relinqua*nda *studia deledationis, ludus, jocus, convivium; fermo est pene familiarum deferendus.*

Ita profecto mirum non est, si ex in numero studiosæ juventutis cœtu paucissimi Anatomiae se dicant; mirum non est, si ad scientiam, tot incommodis obnoxiam, tot calamitatibus pressam, vel nunquam penitus accedunt, vel ab ea pedem primo in limine retrahunt.

Sunt hæc magna tyronibus obstacula; sunt hæc, fateor, communia & frequentissima in propagando Anatomiae exercitio impedimenta, sed non sunt hæc sola. Recensebo alia, his multo pejora, quæ scientiam nostram tantis obscurant maculis, ut non solum hos, qui jamjam eam auspiciantur, a proposito deterrere, sed etiam illos, qui in ea strenue operam suam collocant, a studio retrahere valeant. Præjudicia volo, quæ, antiquis inhærentia radicibus, omne, quod subrepunt, solum ita imprægnant erroribus, ut id, sterilitate porro hereditaria, Anatomiam omnino respuat. Quocunque te verteris, perpaucos invenies, quibus Anatomiae præstantia & utilitas adeo cordi sit, ut omnia ejus incommoda fortí superare velint animo: sunt enim & hic, *multi vocati, pauci electi*. Jam vero paucissimorum horum exempla nequaquam valebunt alacritatem acuere, atque ad studium suique æmulationem provocare, si res Anatomica præter onus suum, quod satis per se grave est, præconceptis insuper obruatur opinionibus, & voce populi diffametur. Stat enim illud inconcussum, semperque stabit: quantum exempla trahunt, tantum præjudicia retrahunt.

Quæ cum ita sint, operæ pretium erit, in fontes horum præjudiciorum inquirere, atque in ista annua studiorum instaurazione, in hoc publico gravissimoruui virorum confessu aliquid temporis vindicandæ Anatomiae, refutandisque præjudiciis impendere; ac in ipso aditu vestibuloque prælectionum mearum, juventutem medicinæ studiosam, quantum in me est, ad labores novi cursus, prompto hilarique animo suscipiendos, exhortari.

Verum quidem est: quod saña, quæ nostris diebus per universum fere orbem increbuit philosophia, subtiliori & liberiori quoque Anatomiae studio facem prætulerit, discusseritque tenebras illius ævi, ubi facinoris instar erat, cultro attingere mortuum. Videmus jam theatra Anatomica plerisque in Provinciis magno adornari cum progressu; tractari hanc scientiam summo cum emolumento humani generis; celebrari ubique gentium magnos in illa tum præceptores, tum discipulos: habet & Alma hæc nostra Musarum sedes, cur gratuletur sibi jam pridem de utilissimo hoc Reipublicæ instituto; attamen ingenue fateor id, quod experientia compertum habeo, plurimos summa cum ignorantia, maximaque cum injuria de scientia Anatomiae sentire ac loqui. Tinniunt aures ad opprobria, quibus quotidie Anatomiam passim con-

❧

condemnari audīo, & quamvis parum interset, dum optima conscientia & superiorum jussu res agimus, plebeiorum hominum contumelias proscindi, & præstantissimam causam contra triviale judicium defendere: habent tamen impii sermones malè feriotorum, nescio quid, quo labem inurere possint majorum institutis. Solet quidem, ut ajunt, ars non habere osorem, nisi ignorantem; contra Anatomiam tamen non a plebecula solum declamatur injuriosus; verum a cordatis etiam viris, quos penes arbitrium est, & vis & norma loquendi.

Objiciunt: adversam esse Anatomiam decentiæ & honestati sua immunditie, illuvie, squallore: periculosam sanitati non tantum illorum, qui ea occupantur, verum etiam sanitati civium publicæ; illicitam & interdictam Divinis legibus, & totam præterea inutilem, & in praxi medica omnino non necessariam. Ita scientiam præstantissimam arguunt indecentiæ, periculi, criminis, inutilitatis.

Sub his quatuor titulis ac nominibus Anatomiam oppugnant, quibus non solum ea, quæ satis per se in hac arte ardua ac molesta sunt, exaggerant; verum etiam illius studii progressum & exercitii propagationem non sine maximo plurimorum detimento retardant: falsæ enim & præconceptæ illæ sunt opiniones, quas concinnavit vel ignorantia, vel tedium, vel contumelia; quod sequentibus singillatim demonstrare conabor, examinando in primis, quas de indecentia sive immunditie adstruunt, rationes; refutando deinceps argumenta, seu potius figmenta, de contagio; denum illa, quibus Anatomiam criminis accusant, ultimo autem loco reliqua, quibus eam ipsi medico inutilem esse contendunt. Quantumvis enim persuasum mihi sit, nemini præsentium rationes deesse, quibus Anatomiae adversarios facile convincent: erunt tamen aliqua, quorum usum & vires continuo conflictu me nemo melius didicerit, arma, quæ Anatomiae partes tuentibus meo ex armamentario suppeditare in animum induxi; ut unitis viribus tandem profugetur error, triumphet veritas.

Indecentiam, sive immunditatem primo carpunt loco, ideoque abominandum Anatomiae esse studium, & viro liberaliore indignum, etiam atque etiam prædicant.

His facile quidem largior, quod partim ante jam innui, adornationes Anatomicas ut plurimum non esse ministras voluptatum, nec Anatomicorum theatra cum Thessalizæ locis amoenissimis comparari posse; interim, quid illud sit, quod ab humanitate & morum honestate nos longius abducat, dum humanitati ipsi studemus: ego quidem non video, nec viderunt certe majores & principes, quorum consensu & auctoritate hæc omnia constituta, atque publicæ utilitati ac commodo dicata sunt.

Quis, quæso, immunditiem reprehendet in metallurgo propterea, quod per vestigare terræ viscera nequeat, quin contaminetur materia fodinae metallicæ? quis in milite, e prælio reduce, offendetur odore pulveris pyrii? quis molitorem arguet albedinis, chemicumve nigritatem? Aequo turpe ac indecorum esset, si quispiam illorum vellet aut nunquam inquinari, aut nunquam mundari ab ejusmodi inquinantis, quibus, si fungatur munere suo, non posset non infici. Quod vel ipsi ingenuè fatemur, & hanc veniam petimusque damusque vicissim.

As

Risu.

Risumne tenebitis, si quis desideret, ut vel nitescat in fodina metallurgus, pyrium pulverem non redoleat præliator, molitor a farina nigricat, & a carbone albescat chemicus, idve præstare si nequeant, exulent è societate humana metallurgia, militia, molinæ, chemia, & quæcunque manum inquinant, artes? Aequo ridiculum censeo, velle, ut Anatomici vel omnem in dissectionibus suis evitent maculam, vel, si hac in parte obtemperare non potuerint, tota quantotius eliminetur Anatomia.

Esto, omnem omnino immundiciem a prosectori amandari haud posse: dissecando humanum corpus, avellendo, separando, dividendo partes ejus non potest culter Anatomicus non cruentari: pervestigand, explorando interiora viscera, non potest non humectari manus: immorando sectioni diutius vel ipse prosectoris amictus non potest non penetrari eodem aëre, iisdem exhalationibus, quibus impletur atmosphæra; sed quid tandem inde mali? nihil, nisi quod lavare, & depurare, & ventilare multum debeat, qui rebus Anatomicis occupatur, & quod a solo prosectori dependeat, nimirum in laboribus suis, id quod decorum est, vel curare, vel negligere. Aquam procreavit Deus, quæ ad absterendum aërem purum, qui ad ventilandum sufficit. Aqua & aëre uti, qui noluerit, is tantum sua segnitie illa meretur opprobria, quibus perperam Anatomiam afficere contendunt. Afficiatur, per me licet, ignominia, quicunque sponte alit immundiciem, quam nulla ratione neque pati decet, neque excusare. Qui mundiciem non curat, ipsum, quod tractat, inquinabit aurum, qui vero studet decentiæ, is & in rebus illis versabitur cum decore, quibus alii non occupantur, nisi cum fastidio; quemadmodum enim castis omnia sunt casta, ita & impuris impura sunt omnia, & sicuti modus est in rebus omnibus, sic & in Anatomia diversa dissecandi methodus valde diversum reddit subjecti aspectum. Contingit enim saepe, ut, quod sub unius manu oculos vehementer offendit, illud per adorationem alterius, omnium oculos recreet. Ita fatetur Hallerus, sed dum Parisiis Anatomiae incumberet, a demonstrationibus optimi aliquin Ledranii, per summam, qua res tractabatur, immundiciem, adeo abterritum fuisse, ut forsan scientiæ, in qua ipse tamen serius summopere eminuit, valedixisset sub Ledranio, nisi Winslowii, ibidem docentis, gravior in secundo methodus, Halleri tedium extinxisset.

Simile quid hac in re amphitheatra Anatomica habent cum nosocomiis. Vidimus nosocomia, magnis licet impensis erecta ac prouila, adeo tamen sordida, ut nemo facile absque indignatione illis appropinquaverit: vidimus etiam nosocomiorum nonnulla, in quibus, sumptibus quidem minoribus, sed cura indefessa, & omni imitatione digna, tanta in omnibus, qua late patent, ædibus observatur mundities, ut, si ægros in lectulis decumbentes, non animadvertas, nitidissimum in palatum te introductum fuisse credas. Ita quoque, si aliquando theatra Anatomica videris aliqua lanienis fere similiora, quam musæis medicis, mox conspicies alia, adeo compta, quæ non solum præparata omnia elegantissime disposita & conservata intuentibus exhibent, verum in quibus ipsa dissectionum exercitatio; tanto excolitur cum decore, ut nemo certe spectatorum affiliatur fastidio.

Hinc patet, quam immerito studium nostrum accusetur indecentiæ. Quod si tamen mollibus hominibus respectui habemur, parum equi-

equidem ab instituto dimovebimus. Stat contra hos abunde vindicatus Anatomiae honos, si advertas, in numero ipsius cultorum esse, semperque fuisse, viros omnibus titulis illustres, generosas immo feminas, quibus, Anatomiam nitida tractantibus manu, decentiam & elegantiam nemo certe abnegabit. Ita multos, quibus Anatomia caro fuit in pretio, tradit historia magnanimos principes, Imperatores Romanos, & heroes: ita complures Aegyptiorum Reges & proceres tantos illius fuisse amatores, refert Plinius Secundus, ut non dignarentur saepius ipsi cadaverum crux comimaculare manus: ita quoque Alexandrum Magnum non fuisse contentum exploratione naturae animalium sola, sed & partes eorundem seorsim obseruasse testatur abunde Plutarchus; ut silentio praeteream Consules Romanos, Galeno, Romae Anatomiam exercenti, frequenter assistentes. Sed quid opus est antiquis hujus rei testimonii? recentius nostra in vicinia fuit exemplum Petri Magni, Russae Imperatoris, Anatomiam, teste Buchnero, propria manu colentis; neque defunt diebus nostris similes scientiae nostrae fautores, neque defunt & hic loci, ubi persaepe in laboribus nostris gratulamus nobis de praesentia hospitum, quos summa veneratione tota prosequitur Lithuania, & quorum ad exemplum utinam totus Polonus componatur orbis!

Non me quidem latet, esse, qui, aversione quapiam laborantes, rebus Anatomicis interesse, et si vellent, nullo tamen modo possunt. Neque ego in eo sum, ut rem difficilem abtrudam invitis, quemadmodum enim qualibet in re, ita certe in arte nostra, felix ab animi genio dependet successus, si enim alicubi, vere in Anatomia, valet illud poetæ consilium: *procul hinc, procul este profani!* Sed dissimulare id solum hic nequeo, aversionem illam ut plurimum esse vel imaginari, vel affectatam. Si qui tamen sunt, aut a natura (quoniam nonnullis id asserere placet) ita formati, aut vitio suo ita delicati, an potius effeminati, ut mortui & exenterati hominis aspectum tolerare nequeant: his profecto satius est a limine medicinæ recedere illico, quam scalam descendere, in cuius primo gradu vertigine corripiantur.

Quibus momentis indecentiae prejudicia refutantur, iisdem refellitur prejudicata contagio. Falso id namque Anatomiae imputatur, quod, negligentiae potius & socordiae illorum, ad quos munditiae cura spectat, tribuendum est. Anatomia eosque tantum contagii fontem suppeditare valet, quantum vel subjecta, jamjam contagio afflata, in usum trahuntur, vel quantum subjecta etiam recentia ad corruptionem usque retinentur. Utrumque praeter necessitatem accidit, utrumque ex Anatomiae essentia non est, utrumque facile evitari potest. Quare, si unquam id contagio anam praebuerit, non Anatomiae, sed illi, qui eam adeo inconsulte administraverit, imputandum est. Abundamus tot subjectis, nullo malignae indolis morbo defunctis, tot subjectis adhuc recentibus, ut opus non sit circa illa occupari, de quibus contagii est suspicio, quæve longiore mora corrupta sunt. Dependet itaque a prosectoris arbitrio subjecta, quæ vel contagio morbi alicujus affecta, vel temporis injuria vitiata esse novit, sectionibus vel admittere, vel respuere, qua in re si erraverit, si ex incauto illorum usu periclitetur, sibi vitio vertat, sibique culpam imputet.

B

Si ergo

~~~~~

Si ergo in illius, qui proxime Anatomiam exercet, potestate positum est, omne pro lubitu arcere contagium, an non una secutari etiam publicæ prospectum erit? si enim res Anatomica administratur ita, ut ejus prosector nil ab ea timendum habeat; multo minus adhuc timendum erit sanitati civium, a theatro Anatomico longe distantium. Quid, quod illa etiam cadavera, quæ corruptionis signa vel contagii præseferunt, urgente necessitate, absque omni periculo usurpari possint, dummodo hujuscemodi lectio cum debitis instituatur cautelis. Si enim id fiat in loco, a reliqua habitantium communicatione sejuncto; si atmosphera theatri ventilatione sedula purgetur; si partes, corruptioni subjectæ, rite muniantur remediis antisepticis atque balsamicis; si denique, quidquid crebro usu consumptum jam fuerit, non solum auferatur illlico, verum etiam in loco sat remoto & sat profundo terræ mandetur, salvis interim in ipso theatro Anatomico strictissimis munditiei regulis; his inquam, cautelis adhibitis, nihil mali ex Anatomia communicabitur viciniæ, omnemque periculum a publico aberit, quod experientia Magistra pridem edocci sumus. Eadem quippe hic militat ratio, quæ pro ossium maceratione, quæ tuto perfici potest, & ubique perficitur absque minimo incolumitatis publicæ ac valetudinis detimento.

Sunt præter illas, quas nunc per transennam tantum indicavi cautelas, plures aliæ, quas, usu probatas, tenemus, quasque minutum recensere hujus loci non est: quarum tamen ope, cautus & prudens Anatomicæ scrutator facillime prospiciet suæ sanitatis integritati. Inter plurima vero, eaque optima remedia, quibus Anatomicus omne contagii periculum antovertere certissime valet, instar specifici contra pestifera quævis antidoti, principem obtinet locum sobrietas. Hæc, quemadmodum integræ valetudini conservandæ, & adversæ restaurandæ, sic Anatomico contagioni avertendæ est præstantissimum, sed utinam non sit etiam rarissimum, remedium. Atque hinc vel eo respectu rursus intercedit maxima analogia inter Anatomiam & nosocomia: quantum enim in horum cura valet sobrietas ad conservandam sanitatem medici, tantum etiam valet in præservanda valetudine prosectoris. Quam sæpe morbum contrahit clinicus nosocomii, quam sæpe ægrotat Anatomicus, quorum neuter ægrotasset, nisi morbi somitem lautiore vietu conduxisset antea. Vigente morbo, innocentem contagii accusant Anatomiam & nosocomium, alto propriam silentio prætereuntes culpam. Pudeat illos intemperantia, cuius horrendam imaginem vel in ipsa curatione tot ægrorum continuo præ oculis habent, dumque mortis ipsius vestigia perscrutantur, sanitatis propriæ immemores, non solum ipsi ægritudinis ac mortis pœnas morbo imprudenter contracto, luunt, verum etiam veritatis specie ac fuso, præjudicia arti utilissimæ infensissima alunt, & quod pejus est, proprio exemplo in errore crassissimo confirmant eos, quibus facilius est, dies noctesque luxuriando consumere, quam in lucubrationibus Anatomicis sobria mente vigilare. Viderint illi delicatuli ac timiduli, quod hic non argumenti loco, sed potius corollarii adjiciendum existimavi; viderint illi, qui contagii Anatomiam arguunt, ne quid pestiferi hauriant e cadaveribus mortuorum, non terra obructorum, sed in sepulcris depositorum, quæ, corrupta, quam facile pestiferis exhalationibus atmosphærā nonnullis in locis inficiunt, quisque non tantum odore, sed ipso etiam respirio sentire potest.

Quod

Quod quantum damni & periculi sanitati hominum adferat, non est  
hujus loci disserere.

Redeamus itaque ad rem propositam, videamusque, ut suam ve-  
lent mollitiem, ut se partes Religionis tueri, causamque Dei agere  
simulent. Si ejusmodi simulatores s̄epiū nobiscum versarentur,  
procul dūbio ex admirabili huāni corporis structura, supremum il-  
lius opificem cognoscere, ne dicam oculis videre, manuque palpare  
possent. At quām astutē inde se subtrahunt, unde infinitam Creato-  
ris sapientiam, admirandam atque colendam subjicimus! Vitio nobis  
vertunt, quod istud pulcherrimum animæ domicilium nefaria dirua-  
mus manu, & quod lacera demum membra terræ committamus, vel  
immo partes aliquas surripiamus putredini, quas decuisset reddere  
matri terræ, & Religioni habere sepulturam. Inde tritum illud de  
hominibus, homines, ut ajunt, dilaniantibus præjudicium; inde sum-  
ma animorum ab Anatomia, tanquam a re sacrilega, non stupido-  
rum tantum, sed & nonnullorum eruditorum, abalienatio. Eminet  
hos inter maximus quondam naturæ scrutator, ipse Linnæus, qui,  
quantumvis etiam indulserit sectioni brutorum, humanam tamen  
Anatomen rejicit penitus, subterranea mortuis deberi ratus, qui no-  
bis super terra suis bonis cesserint.

Quantacunque autem sit hujus viri & tot aliorum, qui ante &  
post eum ita senserunt, auctoritas, id tamen tolerari nequit, ut Re-  
ligioni tribuatur, quod tædio laboris in ignavis hominibus tribuen-  
dum est. Hujus generis enim sunt, quibus sacra est omnis supersti-  
tio, quæcunque favet pigritiæ, & cum omne, quod inertiam alit,  
præjudicium, longe plures ad se trahat sectatores, quam id, quod a-  
cuit industria: ita & illa, quæ Anatomiam vetat, supersticio, sem-  
per & ubique placuit, & eo magis quidem, quo major varia tempo-  
rum vicissitudine credulorum erat ignorantia: Hinc barbara illa me-  
dicinæ periodus, ubi cæcutiebat quam diutissime hæ scientia, desti-  
tuta scilicet Anatomiae oculo; hinc illæ lacrimæ, quibus labores suos a-  
spergebant nonnulli, qui, haud impune, primi tentabant dissecare hu-  
mana corpora; hinc tot facta, tum tristia, tum ridicula, quibus an-  
tiqua historiæ medicæ commentaria referta sunt.

Nullam quidem invenies gentium veterum historiam, ubi non  
aliqua Anatomiae dentur vestigia: sed nullam etiam earum omnium,  
in qua Anatomicorum prima conamina vexata non fuerint variis de-  
sepultura præjudiciis, speciali cujusvis nationis ritui & cogitandi ra-  
tioni respondentibus. Ita præstigiis metempsychoseos deceptus In-  
diæ incola, ne animarum transmigrantium domicilia destruat, non  
solum denatorum hominum, verum etiam brutorum foedissimorum  
corpora veneratur, adeo, ut cultrum illis absque mortis supplicio,  
nullus admoveat. Ita severior antiquæ consuetudinis imitatrix Aegy-  
ptus, Anatomiae omne humanum subripit cadaver, ut condiat sollici-  
te balsamis, & conservet incorruptum quam diutissime habitaculum  
illud, in quo animam longe post mortem putat residuam, inertes me-  
dico relictura mumias, quæ coætaneis dissectione recente fuissent  
longe utiliores.

Hac ex gente, omnium sere prima scientiarum & artium matre,  
nationes posteræ, tanquam de communi fonte una cum scientiis non

ꝝ

potuerunt non haurire simul præjudicia illi propria propriosque mo-  
res. Inde Græcis consuetudo comburendi defunctorum cadavera,  
cineres vero & ossa, igne non consumpta, urnis recondendi quam so-  
lertissime. Inde eorum Religio, exuvias in terris peregrinis extin-  
ctorum reddendi patriæ atque cognatis, tantaque pietas in sepulcra,  
ut rem crederent violari sanctissimam si tangerentur mortuorum ossa,  
quæ insuper usui magico destinari solebant. Inde vel ipso durante  
prælio occisus belli dux, circumfundebatur illico militum cohortibus,  
quibus cautum erat, ne corpus exanime hostes corriperent. Inde  
supplex & opimis onustus donis Priamus, obtestabatur Achillem, ut  
sibi redderet cadaver filii. Inde ipsi victoriarum laureis revincti Duces,  
mortis serebant pœnas, qui occisorum sepulturam neglexerint.

Quis est, quæso, qui temporibus illis, dum tantæ, de sepultura  
vigebat superstitiones, Anatomiæ auserit, ne dicam exercere, sed  
vel solum tentare? Romanorum præjudicia adversus Anatomiæ vi-  
denter natiora: ejus tamen progressui multum obstabat mos ille anti-  
quus comburendi cadavera, ita ut Anatomiæ humanæ locum obtine-  
ret dissectio brutorum, inde accidit; ut ipsius Galeni temporibus, ad  
Anatomiæ humanæ addiscendam tyronum complures Roma Ale-  
xandriam iter facere coacti fuerint.

Adeo altas radices fixerat illud, de sepultura, contra Anatomiæ  
præjudicium, ut a Galeni periodo, mille amplius anni, eadem obscu-  
rearentur cœcitatem; immo augebatur hæc, insurgente jamjam vi & bar-  
barie Turcarum, qui, Indorum & Aegyptiorum præstigia adoptantes,  
eademque animarum de corporibus in corpora peregrinantium spe  
freti, intacta cadavera retinebant sanctissime. Plures aliæ nationes  
barbaræ, quæ incursionibus, in Græciam & Italiam continuis, cum  
celeberrimas devastarent urbes, scientiarum amandatarum loco nil  
substituebant, præter errores & præjudicia, prioribus longe pejora.  
Atque hæc est tristis fatorum historia, quibus Anatomiæ succubuit,  
varia superstitionum de sepulturis vicissitudine. Quid mirum, si pro  
impuris haberentur, & infamia notam subierint, qui cadaveribus ap-  
propinquabant? Multum sane opportunum erat temporis, donec au-  
deret quispiam contra torrentem niti. Vix tandem decimo quarto  
post Christum natum sæculo, cadavera humana tria, non sine commu-  
ni omnium horrore incidebat publice Milani Mundinus, anno scili-  
cket 1306. Septuaginta porro annis opus habuit salubre illud Italiae  
exemplum ad extirpanda præjudicia Galliæ, ubi demum anno 1376.  
prima humani cadaveris instituebatur dissectio Monspelii; toto sæcu-  
lo serius, anno nimirum 1494. Parisiis, & nonnisi sæculo decimo sex-  
to, per reliquas tandem Europæ Provincias.

Quis inde non videt, quantum hæreditaria hæc de non violanda  
sepultura opinio, in illa ipsa tempora propagata fuerit, in quibus ta-  
men illustrato jam per lumen veræ fidei universo orbe, nulla prorsus  
lex obstabat humanæ Anatomiæ adversa. Sed tantum valuit con-  
suetudo & antiqua præjudicij vis, ut, cum post Imperatoris Caroli  
quinti tempora superiorum jussu jam liceret Anatomiæ exercere  
tuto ac libere, coeca tamen plebecula reniteretur undique, immo Ana-  
tomicos illius ævi aliquos, præjudicio suo immolaverit furor populi:  
in eujus rei testimonium, e plurium exemplorum numero, solum Ve-  
falii,

fali, magni illius inter Anatomicos principis, fatum commemorabimus. Annus nimirum agebatur 1556. quo Carolus Quintus, Romanorum Imperator, Academæ Salamancae Theologis proposuerat quæstionem, utrum juxta strictam Catholicæ Religionis doctrinam cadavera humana dissecare liceret? ad quam doctissimi illi & celeberrimi Hispaniæ Theologi reposuerunt: *Anatomiam humanam esse utilem humanæ societati, neque Divinis literis unquam interdidam, adeoque sine ulla controversia licitam.* Vix tamen ab illo tempore octo effluxere anni, cum in ipsa aula Philippi Secundi, Hispaniæ Regis, Vesalius noster, ob cadaveris cùjuspam fæminæ Anatomiam, supplicii reus judicatus, vi corriperetur a spectatorum multitudine, mortem procul dubio nunquam evasurus, nisi favente Rege singularem illam obtinuisse gratiam, ut supplicii loco exul Hyerosolimam peteret, ibi quasi labem perpetrati criminis extincturus, unde redux eremita, & naufragio in insulam Zacynthum projectus, anno 1564. fame in desertis illius loci misere periit.

Nobis eti feliciora rediere tempora, quibus sole clarius constat, Anatomiam ne ulla quidem in Sacris paginis vetitam esse literula; tamen, cum mille & sexcentis annis hanc veritatem obscuraverit supersticio, cavendum adhuc est, ne illa caput unquam attollat, artique nostræ lucem denuo subripiat. Etenim cum ultima tria secula, eti in illis Anatomia liberius floruit, radices tamen præjudicii, tot anchorum millibus nutritas, funditus evellere hucusque haud potuerint, necesse adhuc est, ut omnis, quæ de illius integritate hinc inde passim spargitur suspicio, strenue discutiatur, refellatur, ac extinguitur. Consulant, qui hac de re ancipites adhuc hærent, Sacrum Codicem, & vietas dabunt manus. Reminiscantur, quam impium sit, & a Religione alienum, velle angustis adeo limitibus circumscribere omnipotentiam & prudenteriam Divinam, cuius æterna virtute apocalipsis illa resurrectionis futuræ salva est, etiamsi belluarum viscera & ferocissimarum bestiarum extæ partes humanas coixerint. Hocce si advertas, stare cum adoranda Dei sapientia: quid monstri alat in se disiectio mortuorum illa, quæ in salutem humanæ gentis, inque Creatoris amplificandam gloriam instituitur, quos fidei articulos infringat Anatomicus, quosve optimos mores corrumpat, quid demum injuriæ inferat exanimi corpori, certe non invenies.

Sed quid opus est argumentis? unum exemplum, quod hic adferam, omnes facile obtundet calumnias. Nemo sere est, non dicam, orthodoxorum, sed ne heterodoxorum quidem, ad quem fama Sanctitatis illius celeberrimi ac sapientissimi Præfus, Francisci Salesi, non pervenerit. Hic tamen talis ac tantus vir minime verebatur, quin potius Religioni sibi ducebatur, testamento inscribere ac legare corpus suum usibus Anatomiae, ut eo modo, etiam vita funetus, adhuc prodesset societati hominum. Quod vitio vertere huic Sanctissimo ac sapientissimo Præfuli, hoc ipsum non tam vitium feret, quam scelus nefandum.

Sepulturæ pietas non impedit, quo minus pluribus in locis perent splendidissima magnificorum hominum sepulcra, & monumenta pretiosissima, in quibus ossa, magna quondam cum celebritate, magna que cum pompa recondita fuerant. Non impedit scilicet singulare

❧

Iaris hæc sepulturæ cura, quo minus eadem hæc summa æstimationis ossa successu temporis quaqueversum dispersa videas, & mole superiorum funerum extrusa, & expulsa, interim dum altero abhinc pas-  
su, in ornatissimo loco, magna optimorum juvenum frequentia, ordinantur ossa, ebore nitidiora, habitu, qui hominem decet, composita,  
omniumque visu dignissima. Habent, qui in hoc sceletorum mausoleo gloriosam resurrectionem expectant, pauperrimi olim, & insimæ conditionis homines, de quo sibi gratulentur, quod post mortem suam fam honorifice locari meruerint, & quod hodiecum nobis loquantur,  
postquam sapientissimorum olim virorum ora jam dudum conticuere.  
Quare illos ego a Religione quam longissime abesse putaverim, qui cadavera præter Religionem incidi arbitrantur: tantum enim abest,  
ut nostris in dissectionibus a recto deflectamus, ut iis ipsis potius ad summam Creatoris admirationem extollamur. Ita plausum tulit immortalem Fridericus Hoffmann dissertatione sua, *de Atheo ex Anatomia convincendo*, eoque sensu de humano corpore jam pridem cœcinit Poëta: *Exuvia sine voce docent, & mortua frusta monstrant, in minima parte latere Deum.*

Restat, ut de illo adhuc differam præjudicio, quod Anatomiam rebus adnumerat inutilibus, & ad praxin medicam omnino non necessariis.

Antiquissimis jam temporibus hac de re disputabatur inter duas medicorum sectas, Empiricos nimurum & Dogmaticos. Experiensæ soli confidentes Empirici, omnem artem medicam sola ex praxi hau-riendam, omne autem ratiocinium procul ab ea amandandum esse jactabant. Hoc ex fonte facilis sequebatur conclusio, inutilem fore Anatomiam, quippe quod partes corporis internæ, quas nosse oppor-teret, tot casibus sponte sub oculos cadant, ut, quicunque structuræ corporis humani cognoscendæ studeret, hanc observare occasione da-ta posset facillime, & ita rectius adhuc in vivis, quam per Anato-miam in mortuis. Denudabitur aspectui pars quædam interior cor-poris in milite aliquo per vulnus quod e prælio retulit: pars alia apparet in alio: nova rursus in peregrinante, qui vel curru prostra-tus, vel a latrone vulneratus fuerit; alia demum pars in homine sub transitu per plateam improvisa læsione affecto. Opportunum erit in his omnibus vivas cognoscere partes, earum figuram & relationem ad invicem, & a summa, ex tot observatis resultante, juxta Empi-ricorum sententiam, accuratior de structura partium, expectanda esset cognitio, quam a dissectione mortuorum.

Idem cum Empiricis hodie etiam sentiunt, qui Anatomiam vel fastidiunt, medici, vel qui sub titulo inutilitatis, suam hujus artis ignorantiam excusare conantur. Miseret me horum! bellum enim cum hoste ineunt, viarum, quas tenet, latebrarumque, quibus occultatur, prorsus ignari. Alienæ in Provincia circumerrant, incerto halluci-nantes pede atque tela frustra vibrantes in aërem, interim dum ho-stis totam late depopulatur Provinciam. Respondebimus illis, quod olim Empiricis respondebant Dogmatici: *non est unius hominis ob-jervare omnia*. Sanare corporis humani affectiones, est, statum morbosum partium affectarum transmutare in statum sanum. Quo-dammodo

❧

modo autem statum sanum partibus restituet is, qui partium ipsarum structuram, seu quid naturae legibus congruat, quidve ab illis aberret, ignorat? Non invenies aliam, nisi Anatomiae viam, qua distinctam de corporis humani partibus ideam consequaris. Hæc sola, intimam corporis fabricam referando, quid sit incolume, quidve morbosum, luculenter docet, & ex solis observationibus Anatomicis affectuum variorum signa abstrahet practicus, quibus omne suum in pathologia, seu morborum cognitione, superstruat judicium. Cum vero hocce judicium, omnem ipsius in agendo dirigat indicationem, a qua felix, aut infelix morbi cura dependet, perversam morbi administrabit curationem qui Anatomiam ignorat; quoniam hac deficiente, falsam sibi de morbo formabit ideam, exinde falsum in agendo judicium, & perversam curæ methodum. Exempla hac de re tot in promptu sunt, quot dantur humani corporis partes, partiumque functiones. Ut autem reliqua omnia taceam, id unum commemorare hic liceat, quantum sola de sanguinis circulatione theoria, medicinæ praxim illustraverit. Hanc scilicet si Harveus non detexisset per Anatomiam, hancque si hodie medicus ignoraret in praxi, tot morborum ignorabit pathologiam, quot affectus corporis ex mille obstaculis itus atque redditus sanguinis & humorum inde secretorum exoriri posunt.

Concedimus quidem, quod medicus, praxi clinica occupatus, Anatomiam exercere nec possit, nec teneatur, aliud tamen est, Anatomiam exercere, aliud, Anatomiam nosse. Noverit eam, opportet, etiam si non exerceat. Ideo enim, quod Medicus practicus non obligetur flores & herbas colligere, nullatenus sequitur, quod plantarum quibus utitur, vires compertas habere non debeat.

Hinc facile colligere jam licet quam necessaria sit Anatomia ipsi Medico pratico: ut denique desinant esse e Medicis, qui rerum ad corporis humani æconomiam spectantium ignari, secundum illud Plinii de sui temporis Medicis effatum; *experimenta per mortes faciunt, & animas negotiantur.* Hinc facile colligere licet, quanto cum detimento humani generis ægrorum curam arrogant sibi pseudomedici, qui Anatomiae imperiti, medicamentis, ut ita dicam, quasi palpando tentant in corpore, & ægrotantium decem suo immolant Empirismo, donec unum servent casu. Hinc facile colligere licet, angue & cane, quod ajunt, eos esse peiores, a quibus facilius est fuga sibi consûlere, quam laqueis agyrtarum non irretiri, qui illectos ac infascinatos suis dolis & promissis ægros, miserandum in modum mactant. Qui, quo sunt peiores, eo frequentes, juxta illud Poëtæ:

*Fingit se Medicum quisquis: venator, agyrtæ,  
Mercator, Monachus, histrio, rafor, anus,  
Miles, crispator, nutrix & pharmacopæus,  
Iudæus, pastor, carnificisque puer.*

Quare si tantopere necessaria Medico Anatomia est; si porro ejus exercitium contrarium non est sanctitati Religionis, nec pietati sepulturæ, neque salubritati publicæ, neque probis moribus & decen-

**¶**  
tiæ: agite, quæso, discutiamus caliginem, quæ hinc inde aliquorum  
menti infederat, ut cæcutire aliquando desinant: expungamus avita  
illa & perniciosa præjudicia, vindicemus Anatomiae integritatem at-  
que dignitatem; dignitatem inquam scientiæ, æque utilis humano  
generi, ac favissimæ suis cultoribus. Ne patiamini, quicunque æqua  
bilis rem ponderare soletis, ab ignorantia vel invidia quidpiam  
unquam Anatomiae detrahi.

Vos vero hujus utilissimæ ac præstantissimæ artis alumni, qui  
patriæ vultis prodesse, qui mortalium maximis utilitatibus delecta-  
mini, qui generis humani vitæ vultis consulere, qui lethales morbos,  
qui mortem sæpe exultantem in hominum funeribus, ab omni ordi-  
ne, genere, ætate prohibere vultis: Anatomiae, quæ Medicinæ caput  
est, strenuam date operam, & totius artis medendi Magistros, post-  
habitatis vulgi præjudiciis, tanti facite, quanti facere æquum est, vi-  
ros de universo hominum genere bene mereri volentes.

His duxtoribus petite ardua vestræ Artis Penetralia, neque a pro-  
posito desistite, donec votorum potiti, in ipso jam Anatomiae limi-  
ne, illud occinatis cum Heraclito: *ingrediamur, nam & hic Dii sunt  
immortales.*





PROSPECTUS                                    UKŁAD  
LECTIONUM L E K C Y I  
IN                                                    W  
COLLEGIO PHYSICO                            KOLLEGIUM FIZYCZNYM  
*Ex Anno 1791. in Annum 1792.*                                    z Roku 1791. na Rok 1792.

JOSEPHUS MICKIEWICZ, AA. LL.  
& Philosophiae Doctor, Canonicus Smolensensis, Physicæ Experimentalis publicus & ordinarius Professor: in lectionibus suis, quas diebus Martis, Jovis & Saturni, horis matutinis tradet: novum Physice curriculum refutans, præmissis primū breviter iis, quæ de objecto Physices & regulis Philosophandi in prologomenis exponuntur, nec non de methodo illa felicissima in eruditis abstrusissimis naturæ proprietatibus à Clarissimo NEVTONO tradita, atque ab eodem Philosophiae Parente, aliisque sagacissimis arcanorum naturæ investigatoribus optimo semper successu adhibita; tractabit eadem methodo analyticâ de generalibus corporum proprietatibus, videlicet de Impenetrabilitate, Extenzione, Figura, Soliditate, Porositate, Divisibilitate, Compressibilitate, Elasticitate, Gravitate ejusque legibus, de Cohæsione, de vi Inertiæ, de Motu ejusque speciebus & legibus, de Attractione universalis & electiva, seu Chemica, ac utriusque legibus &c. &c. ita,

JOSEPH MICKIEWICZ Nauk wyzwolonych i Filozofii Doktor, Kanonik Smoleński, Fizyki Experimentalnej Professor, na Lekcyach swoich, które w każdy Wtorek, Czwartek, i Sobotę zrania dawać będzie: nowy kurs Fizyki rozpoczynając, krótką naprzód przełoży naukę o właściwym celu Fizyki i o Prawidłach należyciego Filozofowania, tużież o szczęśliwym owym sposobie dociekania nayskrytzych własności, podanym od nayskrystnego z Fizyków NEWTONA; i równie od jego, jako i od innych przemyślnych badaczów tajemnic natury, zawsze szczęśliwie używanym. Obszerniey potym w tymże samym rozbiernym sposobie traktować będzie, o powszecznyciąt wszystkich własnościach: jako to, o ich nieprzenikliwości, rozłożistości, kształcie, miąższości, dziurkowatości, podzielności, uciiskaniu się, sprężystości, ciężkości i onę prawidłach, o związku części, o ruchu, jego rodzącach prawidłach, o file odporney, o file pociągającej w całej naturze, i o szczególny ut

A

ut proscriptis omnibus hypothetibus, id solum Auditoribus suis proponendum suscipiat, quod per accuratas phænomenorum observationes & experimenta de industria destinatosque in fines captata, certum indubitatumque, atque ad novas eorumdem corporum proprietates detegendas, & artefacta perficienda utilius videtur.

wybierney, czyli Chemiczney między niektórymi tylko ciałami, tużież o jej prawidłach szczegulnego działania; w których własności przekładaniu, nie wchodząc w roztrząsanie żadnych domysłów i pozornych układów, same tylko istotne prawdy na tym i dokładnym fenomenow dostrzeganiu, oraz na doświadczeniach umyślnie czynionych ugruntowane, objaśni: a nieprzeštaiąc na tym, iżby one od Uczniow zrozumiane i pojęte były: starać się będzie, iżby każda z nich należycie docieczona i doświadczeniami utwierdzona, do odkrycia innych jeszcze nieznajomych, albo do poprawienia wad niektórych w sposobie użycia pospolitym znajdujących się, albo naostatek do ulepszenia gospodarstwa, rzemiosł i rękozieli przydać się mogła.

Deinde tractabit de Machinis simplicibus in genere & de quavis earum in specie: uti de Vecte ejusque diversis generibus, de Libra, de Statera, justa & dolota, de Trochlea, de variis generis Polyspastis & de ponderibus operfunium sustentandis, de Axe in peritrochio & machinis rotatis, de Plano inclinato, de Cuneo, de Cochlea & de machinis, quæ ex his simplicibus componuntur, & ad varias artes, ac ad communem usum adhiberi solent: indicando eorum faciliorem mechanismum, naturam, usum, defensus & proprietates, easque experimentis demonstrando. Deinde examinabuntur omnia obsecula, quæ machinarum motum impediunt. Postremo sequetur examen potentiarum, seu virium, quæ ope machinarum motum producent; ubi indicabitur modus commodior eas adhibendi, & via in earum ulu corrigenda.

Przystępki potym do traktowania o machinach prostych w ogólności, i o każdej z osobna, mianowicie o Drągu, i różnych jego rodzajach, o Szali i Bezmienie należytym i zawodnym, o Krajkach i różnegorodzaju Windach, o ciężarach powozami podnaszanych, o Kołowrotach i muchinach kotoowych, o Płaszczynie pochylonej, o Klinie, o Sznurie, i tych wszystkich machinach, które się z tych prostych składają, w pospolitym są używaniu, okazując ich składająciejszy, zamiar, używanie, wady i własności, i one doświadczeniami utwierdzi. Potym examinowane będą wszystkie zawady w używaniu Machin zdarzające się. Nareszcie uważane będą sły do obrótū machin stosowane, gdzie się okazały najlepsze sposoby onych używania, i wady w ich applikacji poprawić się powinne.

Me-

Mechanicam excipiet Hydrostatica, sive tractatus de pressione, gravitate, æquilibrio, aliisque proprietatibus fluidorum, ac etiam solidorum fluidis immersorum, præsentim quod attinet eorum gravitatem specificam, ac methodum ejusdem determinandæ. Singularæ fluidorum leges experimentis demonstratæ, amplissimum appetent campum faciendis applicationibus, & deducendis quibusdam corollariis ad utilitatem communem spectantibus.

Po Mechanice nastapi Hydrostatica, czyli traktat o ciśnieniu, ciężarze, równoważności i innych właściwościach rozcieków, uważanych tak względem samych siebie, jakotęż i względem cał zasadnych w rozciekach zanurzonych, a zwłaszcza co się tycze właściwego ich ciężaru i sposobu poznawania onego. Prawa rozcieków wszyskie, należycie wyłożone i doświadczeniami utwierdzone, obszerne otworzą pole do czynienia różnych uwag i rozmaitych wniosków do powszechnego pożytku stosowanych.

Sequetur deinde tractatus de machinis in Hydraulicæ adhiberi solitis, prælertim de molendinis & variis generis anthliis, quarum mechanismus, natura, usus & proprietates explicabuntur & experimentis demonstrabuntur,

Nastapi potym traktat o maszynach Hydraulicznych, a zwłaszcza o rozmaitych młynach, pompach do pędzenia wody w góre, i fiskawkach do gaszenia pożarów, których skład, zamiar, używanie i właściwości przekładane będą i doświadczeniami utwierdzone.

Opificibus verò, diebus Dominicis & Festis, ex Elementis Arithmeticae, Geometriæ & Mechanicæ explanabit ea, quæ & ulius eorum quotidiano & captui maxime accommodata judicabit.

Rzemieślnikom zaś we dni Święte i Niedzielne początki Arytmetyki, Geometryi i Mechaniki dawać będzie, stosując się do ich kunstu, potrzeb i pojęcia.

FRANCISUS MILIKONT NARWOYSZ, S. T. D. Mathematicus Regius, Unus èduodecim Sociis Exteris Societatis Italicae, Canonicus Smolensensis, Præpositus Dokoldensis, Publicus ac Ordinarius Matheseos sublimioris Professor; secundum Prospectum Anno superiori propositum, statis temporibüs continuabit: THEORIAM Linearum curvarum, rem magni momenti & ponderis in scientiis Mathematicis; eorumq; gratiâ Auditorum, qui desiderio hujuscē Theoriæ ardentes advenirent, navique eam deferenti atque in alto mari positæ, lese

obseruantia, continere est capax. Charitas proximi sincera, misericordia in levamen miserorum effusa, adjutorium in miseris ac necessitatibus pauperum efficax. hi sunt solius Religionis salutares effectus. Hujus motivi celestis vim et efficaciam æque sentit Pauper ac Dives, infirmus ac Potens, in prosperitate, ac in calamitatibus, rudit idota, ac literatus sapiens, Turba communis Populi ac selectus Philosophorum cætus. Omnibus æque præcepta est charitas proximi, ac misericordia in subveniendo opem nostram efflagitantibus. Authoritas Legum oneri est iis, qui ad eam statuendam non invitati onera illius ferre coguntur. Sola Religio vel effervescentibus ipsis Passionibus frenum ponit, ne inæqualitas bonorum, conditionum, munierum, talentorum &c turbet ordinem naturalem in Societate, neve tranquillitas Publica ex eversione legum in ruinam Gentis degeneret. Fides Doctrinæ Christi, non censetur esse solummodo Mysteriorum incomprehensibilem collectio; Mysteria enim in fide sunt tantum quasi sigillum autoritatis Divinæ, & quasi testera Unionis omnium fidelium, eadem Dogmata etsi captum superent, sed cum constet ea à DEO esse, humiliiter proficitur; sed etiam Fides haec est collectio legum inclinantium ad obseruantiam legis naturæ, ac ordinis naturalis æviterni efficaciter cor & animam hominum; Doctrina Evangelii, est custos conscientiarum vigilantissimus, est gaudium in adversitatibus latissimum, est Regula morum ac vitæ saluberrima; tranquillitas conscientiarum cor in DEUM tenerime gratum ac devotum, solatium miserorum ex corde et amore proveniens, Pax in Domibus, gaudium ac consolatio in Familias, hi sunt summi fructus Religionis Divinæ, quos Fides producit, educatio conservat, Religio sovet, Lex autem humana, non semper eos capax est producere; leges humanæ ut reddant homines tranquillos, ad fores ostii eorum comitantur tantummodo, non ultra progradientes; Religio autem ad intima Cordis usque penetrat, ubi efficacia humanarum legum jam desinit; hi sunt felices opinionum Religiosarum influxus, ad redendas Gentes felices ac tranquillas.

V. Nostris id infeliciter tempo-

teżnego i walecznego Bohatyra, w umyśle nieostwieconego gminu, jak wyniesionych Naukami Filozofów, zdolna skutki szczęśliwe czynić ku wzajemnej pomocy, wzajemnej sobie pośladze, i wzajemnemu w czasie potrzeby ratunkowi. Powaga Prawa zawieje jest słaba dla tych, którzy ich niestanowili, a ulegać im muszą; sama Religia zabiegat skutecznie zapędem namętności z nierówności Dóbr burzacych się. Sama Religia uspakając może podległość Rządowi, który porządek natury i Prawa współczności wyciągając. Wiara w Naukę Chrystusa, nie jest to zbiór samych niedościgłych tajemnic; Tajemnice iey, są tylko jak pieczęć, dająca Powagę całemu Ewangelii Prawu; a jako hasło jedności wszystkich wiernych, jednymże wyrokiem choć rozum ludzki przewyższaiącym, ale w powadze objawienia pewnym, i niezrozonym, poddanych. Lecz uwazywszy bliżej; Ewangelia jest zbiorem Prawideli sklaniających serce do zachowania Praw natury i porządku, raz podając sposoby do łatwiejszego tych adwicecznych praw zachowania, drugi raz broniąc od ich prześlębsta, nakońc ratując ulomność ludzką gdy one prześląpt. Ewangelia jest sumienia nawierniejszym strożem, jest w uciskach niewątpliwiejzą pociechą, jest obyczajów całej powszechności prawidłem nayskuteczniejszym. Tey Dzielność równie prześlębsta broni, jak i upadłych już aby powstały wspomaga. Czystość i spokojność sumienia, szlachetne, a wdzięcznością ku Stwórcy swemu przesięta czlowieka serce, litość czynna nad nędzą bliźniego, spokojność domowa, Pociecha Familii, są to wielkie skutki współczności ludzkiej, które Wiara natchnęła, Edukacja umowna, Religia pilnuje, a których prawa ludzkie nakazać nie zaręże są zdolne. Prawa chcąc upewnić człowieka spokojność, stawiają u drzwi Domu jego, nieidąc dalej; a Religia zaczyna dopiero dzieło swoje pilnując serca jego tam, gdzie go prawa rzeczone dopilnować niemogły. I te to są wptýwanie Religii w szczęśliwość Rządów i Narodów.

V. Nie był czas jesz ze nigdy podobius

¶

ribus reservatum esse videtur, præ cunctis elapsi sæculi mutationibus; ut temeraria licentiole dogmatisandi audacia, nomina quæque sanctissima, tantis involvat æquinvocationum tenebris, ac explicationibus, quæ moribus, Regnis ac Nationibus certam prænuntiant ruinam, ac irrevocabilem interitum. Student Gentes ad corruptos mores, ac funditus everla virtutum & pietatis, omnisque Moralitatis semina; Ubi sacra nomina, DEI, naturæ, Libertatis naturalis, Providentia, Gubernationis Regnorum, Legislationis in gentibus, ordinis naturalis, Fidei, Religionis, cæteraque ejusmodi, sic æquivocè explicata in libris prætensiæ Philosophiæ Magistrorum inveniuntur; ut omnia purum materialismum redolere videantur. Clasificum nunc id naturalis Philosophiæ ubique personat: Systemata Regiminis Regnorum, Systemata novæ Legislationis nationibus, Regulamina officiorum, quæ sint mutua Magistratus inter et Populum; omnia hæc independenter ab omni mentione supremi Numinis, aut ejus, quæ orbem regit Providentia, independenter ab omni cuiuscunquam generis aut nominis Religione, debere omnino fieri; hincque per vulgatum illis, omnem Religionem, quæ vitam futuram & immortalem docet, quæ in cælo spem suam ponit, originem esse omnis Despotismi Tyrannorum, eò certius (inquiunt) cum Ministri illarum Religionum ut ipsi dominantur opinionibus & animis ipsorummet Regum & Tyrannorum prætendant ipsissimis solis reservatum esse, ut explicent Mysteria; atque sic imponunt Gentibus duram servitutis tyrannicæ conditionem, sortes Nationum suis quasi habendo, a Mysterioso numine, concreditas manibus. Ubi igitur, tanta morum corruptio, licentiosæ omnium Cupiditatum, ac passionum, libidinum, que relaxans frena, inextinguibile concupiscentiis exardescere facit incentivum. Quanta difficultas, nunc Ministris veræ Christi Religionis ac Doctoribus Divinæ veritatis est, ad exponenda Fidei Dogmata! Sed quanta per Deum! necessitas, ut ea solidè, qua pars est pietate ac eruditione exponant! nunc vel maxime, ubi contumeliae ac probra ex parte prætensiæ Philosophiæ locum tenent argumentorum; ubi cavillationes, ac Satyrici contra fas omne, morsus

bny, gdzieby wyzdana ze wszelkich prawidel Rozwiązałość, Imiona Cnoty, Wolności, Boga Opatrzności, Prawa Natury, Wiary, Religii, Rządu, władzy Panowania i Porządku w tak ciemnym i niebezpiecznym tłumaczeniu, a w tak łatwym do porywczey swęwoli zapalenia, zepsutemu w obyczajach świata kiedyż kolwiek podawała; jako są czasy niniejsze, ku zadumieniu zuchwałoscią swych czynów, Rozum ludzki wprowadzające. Układ rządu, i Prawodawstwa, istotnie na samej naturze i Prawach idealnych Człowieka, z wyłączeniem wszelkiej wzmianki o Najwyższej istnoci świata Tworzącej i stworzonej Rządzącej, z wyłączeniem wszelkiej wzmianki Religii ku Bogu, jako zródłu wszystkiego rządu, władzy i powagi na ziemi; odglos to po wszelkny jest mniemanego oświecenia i Filozoficznego teraz wieku; a z tą rozszerzone Nauki, że wszelka Religia do Bóstwa na Niebie odzywająca się, zródelem jest Despotyzmu i tyranii w Narodach, tym gwałtowniejszych utrzymywanych; im większym Interesse jest sług i nauczycielów Religii, do Nieba odzywających się, aby utrzymując Narody w kajdanach tyranów, sami powagę abjawienia, którego nauczają, umocowani, rządzili Krółami i Despotami. W takim wzburzeniu, namiętnościami i rozpustą rozhukanych umysłów, był że kiedy trudniejszy czas nauczycielom wiary; przekładał w Narodach Chrześciańskich Religii Bożkiej wyroki? ale czy byłszy kiedy potrzebniejsze przekonania o tym, jako w czasie tym, gdzie potwarze zastępują miejsce dowodów, gdzie żarty i wyszczędzenia trzymają miejsce argumentów, gdzierozwiązałość, roskosz, rozputa i swawola, czynią zasadę obyczajnej Nauki, na ruinie okrzyknionego o sironictwo Despotyzmu i tyranii, Chrześciaństwa?

supplent

supplent vim veritatis, ubi satisfactio
Cupiditatibus corruptis & inordi-
natis desideriis, sensualitas ac appeti-
tus concupiscentiae continuus, funda-
mentum omnis Moralitatis, ac basis
omnis Legislationis indubie determi-
natur, everso Christianismo, qui De-
spotismo ac Tyrannico imperio favere,
falso ac impiè judicatur.

VI. Nomen ipsum Theologiae hor-
rorum nunc ac fastidium incutit illis no-
vae Philosophiae magistris, novaeque
Legislationis authoribus. Quidquid
mali ac horrendi in utroque mundi hæ-
mispherio actum referunt Historia; O-
mnia hæc Raynal cum cæteris ejusdem
classis, Christianæ Religioni ejusque
imputant Sacerdotibus. Sequitur fide-
liter irreligiousum Magistrum, Turba di-
scipulorum impia; docetque superbè,
cum temerario impuniose austu has gen-
tes unice posse esse & vocari felices,
hasque leges sapientiae supremæ sigillo
fore insignitas, quarum Magistratus ac
Legislatores expertes sint omnis Reli-
gionis, quarum Magistratus nullam un-
quam numinis supremi, aut in eum
Fidei Religionique facerent mentibhem.
Professor itaque Theologiae, ipsammet
puram Christi ac Ecclesiæ ejus Do-
ctrinam (quæ unice vera Theologia
est) in Lectionibus suis exponens, hanc
ce demonstrando veritatem absque dispu-
tationum inutilium æstu, facile confundet
calumnias ac horrendas imputations,
quas in Fidem Christi ejusque Theo-
logicam doctrinam ac Sacerdotes, pro-
pe rabida malitia Raynaleffutit; quod cer-
te incredibile foret, nisi libri eorum præ-
manibus cunctis voluntati id abunde testa-
rentur, aut nisi effectus omni expectatio-
ne maiores, in permixtis sanguine ferro-
que ac flammis florentissimi quondam
Regni devastationibus, infeliciter id
plusquam certum demonstrarent, cunctis-
que bene sensatis, id effectuatum de-
plorandumque ostenderent.

VII. Demonstrata Veritate, certitudine, autoritate, perfectione ac utilitate Doctrinae Fidei ac Religionis

VI. Imie samo Teologii oburza teraz mniemanych świata Prawodawców, a co tylko złego w Dziejach starego i nowego świata stał się mogło przez nayhaniebniejsze namętności, bezbożnych Osob, wykonywania, Raynal i inni jemu podobni: gdy przypisują to jedynie Chrześcijańskiej Religii, i iey Kapłanom i Nauczycielom; ienosi zgraja Uczniów bez religialnego Mistrza, że tam tylko bydż może Narod istotnie szczęśliwy, gdzie rząd żadnej wiary ani żadnego wyznania Religii do Nieba odwołującę się, znac, ani utrzymywać nie będzie. Professor zatym Teologii, biorąc czyste Ewangelię Chrystusową światło i tego Naukę za Lekcji swych materyą, co zawiera samą tylko rzetelną w Kościele nazywaną się Teologią; usiłować będzie dowiedzieć jak pójwiarliwie i zawodnie jest roszciano; iż Teologia Chrześcijańska opierająca się Rozumy ludzkie przez opinią i bataluctwa, pozytkowując usiłowała z pierwszych lat dziecięcych człowieka przerażającego się strachem Boga mściwego, Mak wiecznych, sądu strasznego &c. aby tak rozum ludzki znikoczemnie, i w Despotyzmie tyrańskim utrzymać; tak zaś zepsuwszy wszystkich naturalnych Nauk nafioną, Duchowni tej Religii dla tego w zasadzie tajemnicę i cuda w wyznaniu chcieli umieścić, aby mieć wieczne prawo jedynie z powołania sobie służące, tłumaczami bydż Nieba i składem wyroków tajemnych Rządzących losem Narodów, a zatem Panami i Królów, i Narodów. Rozumiećby można, że przyzycanie takich wyrazów tego wiecznej zepsutej Filozofii, potwierzą iest ludzkiego rozumu, gdyby rozliczność Xaq ich, nieświadadczyła nieukończenie gorszych jeszcze jadowitości, a czyny rozhukanego Libertyństwa będąc owocem tych Nauk nie gorszyły całego świata zadziwionego,

VII. Przełożyczy Prawdę pewność, powagę, doskonałość i potrzebę Nauki Chryśtusowej w powszechności wzietę za-

Christi. illi puncto summâ qua poterit assiduitate immorabitur, quo ostendat, DEUM quâ Creatorem ac Rectorem orbis universi Principium esse & solum omnis potestatis, authoritatis atque regiminis, cuius depositum disponente id Authore naturæ. in nationibus met ipsi est concreditum, ac quasi obsigillatum, adeo; ut omnis qui aliunde quam à gente & Natione aliqua, velit assumere potestatem regnandi super illammet gentem, DEI & hominum mimicus censetur, atque non aliter possit nisi Tyrannus, nominari. Huic ex Jure naturæ, ac ex Jure gentium veritati desumptæ, nunquam fuit contra ria sana ac vera Theologia, & Doctrina Christi ejusque Religio: ejus effatum, quod non sit potestas nisi a DEO, sempiternæ est veritatis; potestas hæc a DEO ut Authore naturæ in sinu Nationum est deposita; Nationes cum Personam, aut familiam ad Regimen suum assument, Authoris naturæ votum exequuntur. Ipseque qui universum regit, regit corda & animos Nationum, ostendens quem eligat, ut regat hanc vel illam gentem; Et si ipsamet Natio benevolenter submittit se regimini hujus Personæ, quam ad Regnum super se determinat, certis sub conditionibus, ac mutuis adiuvicem præscriptis; Religio Christi, ejusque Theologia, obligat sub conscientia singulos in Gentibus, ut ex corde obedient Legibus ac Magistratibus; at Regibus ac Magistratibus, sub æternis pœnis, inevitabile interminat judicium, si unquam obliviscantur, quod salus populi suprema lex sit, ac Nationum tranquilla felicitas, bonorum proprietas, vitæ omnium, quæ habent securitas, quod sit summa Regum ac Magistratum erga Gentem suam obligatio. Religio Christi ex se, est solummodo in regimen cordis, in regulam morum, & in sanctificationem animarum, ut per bona opera vitæ præsentis, mereantur præmia vitæ æternæ. Unde qualunque formâ Gentes regantur, Religio Christi, cor & animam unice dirigens, novit optime omni regimini se conformare, nunquam autem favere potest Despotis aut tyrannis; cum omnes æquales coram DEO profitens amorem proximi, inter primarias suas leges, ac subveniendi miseris obligacionem inter specialia officia sua confitent; cumque verba Divi Pauli consi-

stano wi się nad tym, aby w jak naywiek szym świecie pokazać, jako jestestwo Boga Twórcy i Rządcy świata, zrzodem i początkiem będąc wszelkiej władzy i rządu na ziemi, nie obala tego Prawa Natury i społeczności, iż Naywyjsza moc i wola, czyli naywyjsza udzielność, istotnie jest w Narodzie; a to jest ustawą samego Stwórcy, i przeto ta władza pochodzi od Boga, którą wyraźnie sam Narod udziela. Tym maxymom nigdy przeciwionie niebyta zdrowa Teologia, czyli czysta Chrystusa Nauka: Nayświejsza moc i władza pochodzi od Boga. Bóg złożył ją w Ręku samych Narodów. Wszelki co przysiążca sobie jaką moc i władzę, kóre mu Narod dobrowolnie nie dał ani udzielił, wykracza przeciw Bogu i Ludziom. Religia Chrystusowa i Teologia nakazuje pod sumnieniem posłuszeństwo władzy i wszelkim rządom; a Rządom wszelkim pod utratą ich szczęliwości, to wraża i nakazuje: iż szczęliwość ludu jedynym i naywyjszym jest Prawem, i obowiązkiem. Religia jest na rząd serca i Duszy do załugi życia przyszłego, przez obyczaje i prace w życiu doczesnym: Charakter Ewangeliu jest w tym osołiwzy i prawdziwie Boski i on sercem tylko, duchem i umysłem rządząc Człowieka, w każdym Rządzis Państwo i w każdej Formie Rządu, zawsze jest jednostajny, i zawsze zgody. Potwarz to bez gruntu, od Niewierności i złości jest rzucona, iż nauka wiary sprzyja Despotom i tyranom. Niemoże Religia sprzyjać tyranii; bo Duch Ewangeliu równość wszystkich ludzi przed Bogiem uznając, nayscisleyzy obowiązek zna w miłości i ratunku bliźniego; a gdy słowa Pawła S. rozwaja, iż na wolność synow Boskich wezwani jesteśmy, byleśmy jey nieobracali na swywole i rozpustę zmyłów; w poaniu serca naučza posłuszeństwa; a będąc paciechą prawdziwą w uciskach, osładza ciężar nawet Despotyzmu, i niewoli, nie będąc ani jego zrzodem ani jego pomocą; lecz dając filne wyparcie wyobrażeniu Naturalnego porządku i sprawiedliwości, utrzymuje Człowieka w gotowości iżdż zawsze tam, gdzie naywyjsza władza znając swe istotne prawa i powinności obrócić go zechce, i ojedzi petrzeć.

dorat

derat: *Fratres in libertatem vocati, estis tantummodo ne detis libertatem in occasionem carnis, in pace cordis docet obedientiam, & subveniendi proximo in cunctis necessitatibus; Religio unicum solatum adferre potest in tolerantia misericordiarum, quae vel ex ipsa Despotismi tyrannide proveniunt; et si nec laudet, nec adjuvet Despotismi larvam horrendam, sed ferens lucem ad regendam ordinis naturalis excellentiam ac justitiam, paratum quemque esse jubet ad exequenda ea omnia, quae legitima Societatis humanæ potestas, judicaverit necessaria.*

VIII Demonstrabit Professor ulterius, quam facili negotio, ratio hominis naturalis conciliari potest cum Revelatione, cui præter felicitèr viamque præparat; nisi corruptio male ordinatarum passionum ac perdit mores, huius naturali rationi, lumen admittant. Indubitatum id esse docebit, quod sana naturalis ratio, & pura ac genuina Religionis Christi revelatio, habeant exigmos inter se invicem nexus, alterutram sese explicantes, ac obligationem legis naturæ; cum Revelatio justam ac ineluctabilem docet, ratio naturalis ad invicem, Authoritatem, vim ac perfectionem revelationis Divinæ demonstrat adeo; ut qui verus ac fidelis est Iuris naturæ discipulus et executor, facili negotio sit optimus ac Religiosus Christianus. Sed ipsamet naturalis ratio sibi reicta est ne sufficiens in omnibus circumstantiis, temporis, ætatis, fortunæ, sanitatis, passionum plus æquo effervescentium &c ut contineat hominem intra limites justi, honesti, decori, ac verè utilis? Malum certe est, rationem naturalem, contemnere, ejusque dum vilipendere; at æquè malum est plus æquo illi confidere, omnemque legem ac regulam superiorem morum præter rationem solam naturalem, contemnere. Authoritas absque ratione destituitur omni fundamento certitudinis, quod ei characterem divinitatis imprimat ac adjudicat. Ratio autem sola absque auctoritate, exceptis quibusdam veritatis, quæ inficiari unquam nequeunt, caret ea potestate; ut judicium aliorum obliget, cum quisque pari ratione cum aliis gaudere se gloriatur. Credere contempta ratione naturali, aut credere contra rationem naturalem

VIII Wytlumaczyć florat się będzie Professor w Lekcyach dalszych, jak zdrowy rozum Człowieka, łatwo mu do Prawd objawionych może przewodniczyć, byle rozhukanych namiętności swawola nieopanowują jego światel. To pewna iż Uczeń gorliwy i doskonały Prawa Naturalnego, barzo bliskim byłby, aby się stał wiernym Chrześcianinem; to pewna, że Prawo które nam czysty rozum przepisuje, i to które nam Ewangelia przekłada, mają nayscisleysze z sobą połączenia, i jedna do drugiego wiodąc, wzajem się wispisują, i jedno drugie przyjemnojszym czyni ucząc się na wzajem jedno drugiego poznawać. Lecz Prawo Natury i sam rozum iesiże dostateczny naszym wszystkim potrzebom: w namiętnościach wzburzonych równe jak spokojnych, w nędry równe jak w pomysłności; w chorobis równe jak w roskoszy i zdrowiu? Jak źle jest rozum nazbyt poniżać; tak ieszcze gorzej zbyt wysoko o jego moźliwości trzymać; nieuznać go lub zbyt zaufać jego mocy, są to dwa wykroczenia równe niebezpieczne. Powaga bez rozumu niema żadnego fundamentu, któryby jey dawał świętę prawdy Charakter. Rozum sam bez powagi, przed kilku prawd pierwszych, niema mocy obowiązania innych równe się rozumem popisujących. Wierzyć bez rozsądku, albo wierzyć przeciwko rozsądkowi, iesiże to udział nierożumnych i zabobonnych. Rozum namiętnością powodowany przy nayobszerniejszych naukach, rodzi niedowiarstwo, każdy mądrze przy niedowiarstwie gardząc zdaniem powszechnym, usiłuje mieć swoje własne, a pycha Filozofa tak prowadzi go do zaufania w sobie, jak sypa pobożność innych wiedzie do Fanatyzm.

Fana-

Fanaticis ac ignorantibus, stupidisque
superstiosis est solummodo proprium.
Ratio naturalis, si corruptis jungatur
moribus, licentiosisque concupiscentiis
adunetur, origo sit incredulitatis ac ir-
religionis. Quisque sapientis nomen si-
bi arrogans, contemnens commune a-
liorum judicium, appetet ipsemet esse
dux, quem alii in judicando sequantur;
superbia autem, hujusmodi Philosophi,
ita parit contemptum aliorum, sicut
caeca quorundam ac omni instructione
destituta devotio, tetrum Fanatismum
progenerat.

IX. Nomen *Natura* quid genui-
nè significet, eò magis pernoscere ex-
pedit, quo universalius, in omnibus li-
bris de legislatione, Regimineque Na-
tionum, quos prætensi orbis illuminato-
res scribunt, Naturam ubique appellant.
Legimus eorum effata, quod homo sit
opus naturæ, quod organisatio *Physica*
hominis, sit opus naturæ, quod *Basis*
& fundamentum omnium Legum, agno-
scenda sit natura, quod omnis miseria ho-
minis proveniat ex ignorantia naturæ,
quod Sola ignorantia naturæ deducit
hominibus ideam DEORUM, tanquam
objectionem eorum spei atque timoris, quod
ignorantia naturæ opiniones Religiosas
in mundum invexerit, quod Ignorantia
naturæ Reges, Tyrannos, Despotas, ac
cunctos Magistratus hominibus dederit, li-
bertatem eorum naturalem annihilaverit,
in servitutem duram genus humanum re-
degerit &c. &c. Talibus expressioni-
bus, replentur Fasti Legislatorum illo-
rum, qui veluti novum mundum eri-
gere atque moliri insolentius sese ja-
ctitant; quid igitur est natura? quid vox
hæc significet? investigandum est. A-
ristoteles, caput integrum scriptis, multi-
plicem indagando sensum, quem Græci
voci *Physis*, natura, tribuerant; Latini
ad quindecim Varias explicationes hu-
jus vocis natura produxerunt, teste
fide digno quodam scriptore. Dominus
Boyle, tractatum integrum, explicando
Varias vocis hujus natura acceptiones
scriperat, ac octo præcipuas significa-
tiones illi assignaverat. Natura huma-
na (inquit quidam) sunt ipsæmet
nostræ passiones ac inclinationes: ve-
rum est: sunt quidem pars humanæ
naturæ, cum sint cunctis hominibus com-
munes, sed & ratio sana naturalis, si
communis est omnibus, partem naturæ

IX. Gdy w Prawodawstwie i Mo-
ralności, jedyna odeszwa Pisarzy o świe-
ceniu tego wieku, przez Filozofią za-
szczyciących się, iest do Natury; szcze-
gólną uſilnością poznac nalezy: Co zna-
czy to słwo *Natura*? Czytamy wyrozy:
iż Człowiek jest dziełem natury; iż
skład Człowieka jest to dzieło natury,
iż natura wyciąga aby Człowiek pra-
cował na swoje ulczęstwienie; iż wszel-
kie nieszczęście Człowieka pochodzi
z nieumiejętności Natury, iż niezna-
jomość natury dała ludziom wy-
brazenie Bogów, jako objekta ich na-
dziei i ich bojaźni; że nieznanomość
Natury wprawiła Narod ludzki wo-
pinię zabobonnej Religii. Ze niezna-
jomość natury, swoich praw, i swoich
potrzeb, przywiódła Człowieka w to-
warzystwie, do upadku w niewoli z
wolności, poddanego rządowi podo-
bnych jemu Ludzi, którzy pozytku-
jąc z jego błędów uczynili go niewol-
nikiem, a zatem zepsutym, wystę-
nym i niedzynym. W tych wszystkich
wyrazach, którymi napełnione są Księgi
Prawodawców nowego świata, o których to
Patryarchów mniemanych Ludzkości, trze-
ba scisłe uczyć się wyobrażenie tego słowa
Natura. Aristoteles, rozdzielił cały obró-
cit na roztrząśnienie wielorakiego rozu-
mienia, które Greccy dawali temu słowi
Physis Natura. Łacinnity do piętnastu tłu-
maczeń temu słowi udzielają, jako uczo-
ny jeden uważa, P. Boyle udzielny o
tym traktat pisząc, ośm różnych rozumie-
niów temu słowi naznacza, Natura, mó-
wiąc niektórzy, są to nasze namiętności
i skłonności, tak ci iest; czynią jey czę-
stke skoro są wszystkim ludziom pospolite;
ale rozum wszystkim powszeczy, czyni
także część ludzkiej Natury. Trzeba
żyć podług Natury, mówią inni: zgo-
consti-

constituit. Vivendum est juxta naturam, docent alii, bene est; sed memores sumus necesse quod conscientia nostra, prima etiam in nobis naturae pars censematur; vivitne quilibet conformiter ad rectam & sanam naturalem rationem, qui vivit in obsequio cupiditatum, ac concupiscentiarum, passionumque suarum, etiæ inclinationes proprias, naturam apellet? Vivitne quilibet juxta conscientiae regulas, qui gloriantur se se juxta naturam vivere, si passiones ac inclinationes proprias, apellet ipsammet naturam? si natura est collectio omnium rerum creatarum? si natura est illud magnum totum quod ex collectione universalium rerum formatur? si natura sit collectio omnis ejus rei, quæ habet suum esse, quodque universaliter, sub appellatione materia ac motus continetur? Quæ contradicatio? quæ Blasphemia? quæ horrenda conjectaria continentur in propositionibus superius allatis? si autem ens supremum, creator omnium rerum DEUS, Author naturae Universi admittatur, si in omnibus mutationibus, Gubernatione, ordinis naturali, Regimine rerum imperceptibili, generatione, deperitione, regeneratione &c. agnoscatur summa quædam ac infinita DEI Satbris omnium providentia, quæ ordinem naturalem continuo tam admirande sustineat, quæ omnia ad suos fines ineffabiliter sapientia & savitatem perducat: Quis sensus erit illarum (quæ memoratae sunt) Propositionum? Quæ eversa huminis providi ac Creatoris existentia, horrendum instituunt sive Fatalismum, sive Materialismum, sive Atheismum, sive quocunque infami nomine, compellatam impietatem, ac visibilis Mundi ruinas. Hic adducet Historiam Errorum, qui dominabantur in Gentibus ob defectum supremæ Doctrinæ revealatæ, quæ sola felicitatem ac lumen Nationibus intulit, atque recensens deplorandos effectus in Universo mundo, quos aut ignorantia crassa, aut corruptio morum produxerant, demonstrans que idolatriæ in mundo Originem, primævæque Religionis primorum hominum excellentiam, ostendet ex infelici Regnorum in praesenti experientia; qualiter ipsamet Paganorum idolatria non tam enormes corruptorum morum prædiderit fructus, quam nunc perdicta impietas ac irreligio, sub materialistis nomine ruinas ac exitium minatur Nationibus.

da, ale też pamiętać należącą, że sumność jest główną częścią natury. Zwież każdy podług zdrowego rozumu, który żyje podług rozhukanych namętności, choćby ie naturą nazwał? Zwież każdy podług sumienia, który się chlubi iż żyje podług natury, gdy naturą są u niego jego skłonności? Jeśli Natura jest to zbiór wszystkich rzeczy stworzonych? Jeśli Natura jest to ogromne wszystko, ile się ze zbioru powszechnego wszystkich rzeczy formuje? Jeśli Natura jest to zbiór wszystkiego tego co jest, a co się ogolem w Matery i Ruchu zatrzyma? Cóż za ewangelicki z rozumem niezgodne i typadne z dowych propozycji wyżej wzmiankowanych? Jeżeli zaś Twórcą wszystkich rzeczy Bóg i Rządca powszechny Natury, uznaje się w odmianach, w składzie, w rządzie, w stworzeniu, w utrzymaniu porządku, i prowadzeniu wszystkich rzeczy do swego końca? Jakżeż rozum zgodzi z tą razem temi, które obalaiąc opinie odwieczne, a znosząc Bóstwo same, nierząd okropny na mocyku Opatrzności stanowią? Tu mniemania najdawnejszych Filozofów, opinie wszystkich Narodów, zdania wszystkich znanych w Starożytności aż dotąd Mędrów i Nauczycieli świata przyniesie w krótkości starać się będzie Nauczyciel, aby pokazał, iż rozum, ta to Boskały światłości w człowieku częstko tylko namętnością zaciemniona bywa; że udziałne Objawienia Boskiego światła, przez same rozum potrzebnym uznać się powinno, do uszczerbliwienia Ludzkiego narodu. W ciągu Lekcyi poda Historią błędów rozumu ludzkiego, Historią świata Religii Boskiej zatrzymać nad zepsutym i burzliwym w homięństwach ludzkim Rodem niszczącego czuwającego, Historią Dziejów świata, związek objawienia i ciąg jego od stworzenia świata aż do Chrystusa prowadzący. Przełożyć odmiany Wieków, przy nieodmiennych nigdy Natury i jej Twórcy prawidłach, objawić starać się będzie jak przyjemnie jest Przeleo objawionej Religii w tym wszystkim co się skłonnościom zepsutej natury sprzeciwia, bardzo mało do tych powinności przydajeć które rozum sam nakazuje; a jako nigdy bawochwałstwo same niszczęce obyczajów gorzej zepsutych, jak teraz ów Materializm, Naturalizm czyli niedowiarstwo i Irreligia, w pośród nayswiecenzych i nayrzadnieyzych nigdy Narodów między nimi sprawują;

X In tanta, tamquè multiplicis generis librorum copia, quibus Christi per hæc tempora impugnatur Religio, horrendum dictu, quantæ blasphemiae, quanta scandala, quam atrocissimæ hinc sequelæ & illationes, non solum tollentes omne Regnorum regimen, omnemque in praxi Regibus ac legibus populorum obedientiam, verum etiam Ipsius Supremi Numinis Existentiam revocantes in dubium, Naturam humam, Immortalitatemque animalium impiè reducentes; & cum solum fanatismi in religione, ac despotismi in Regimine populorum, errores impugnare, primum pretensæ Philosophiae moderni magistrorum protestati palam sese dixerint; nunc autem omnem naturæ ordinem susque deque habere imo evertere, ad stuporem ac scandalum Universi orbis cernuntur. Expedit itaque, ut prudens Theologus, scriptores in defensionem Religionis, religiosè discutiat, librosque impeditatem refutantes attendat serio, plurimos præcoci aut amaro zelo, magis quam prudentia actos, plus laboralise ut objectiones impiorum ac sacrilega eorum dubia ad amissum explicant; quam ut efficaciter se potenter eorum sive veras, sive ad libitum effectas difficultates diluant, cum ad atrocissima ac potentissima quandoque impiorum dicta ac argumenta, solas explanationes, aut invidiæ malitiæque iniqumum fætum, acerba scommata in scriptorem incredulum, aut denique Vindictæ Sangvinariæ a Magistratibus expostulationem in Authorem argumentorum, adducant in medium. Demonstrabit assidue Professor, esse nihil sit facilius homini moribus peccato, quam ad impugnandam Christi Religionem, undique coacervare blasphemias ac sacrilega dubia; ad id enim sufficit Ignorantia Fidei Divinæ, ac morum corruptio, nihilque commodius est vitæ latrocinanti, ac spurciis deditæ, quam nihil horum credere, quæ virtutem docent, ac prævaricatoribus pœnas minantur At illi qui defensionem veritatum Religionis revelatæ suscipit, solidâ scientia, experta virtus, ac tenuera in Deum pietas, comites sint omnino necesse. Impiorum librorum vel ipsamet conjectaria horrenda in ordine Physico, Morali, ac Politico, homini probo, quem effrenatæ ac libidi-

X. W pośród że tak rzekę wylewu Księg na obalenie objawioney od Boga Religii galących, trudno się nie wzdrygnąć widząc okropne uniaki nie tylko znośiące wszelką karność i podległość w praktyce rządom ustanowionym; ale samo nawet jestestwo Bożstwa, w bezbożną podając wątpliwość, Naturę ludzką, do rządu biedy i dzikich zwierząt znizaiąc, a zaczwyszy niby od reformy fanatyzm i zabobonności, na które się wprzód tylko wolać i skarzyć zdawały mniemani Filozofowie. Naturę dziś całą wywraćat, pod pozorem Porządku ustanowienia, że się nasadzili, oczywiście się pokazuj. Roztrząsać wiec należy bacznę Pisma broniące Religii, z zaśtanowieniem się jednak potrzebnym nad wielu uczonych zbyt uniesioną gorliwością, których czytając upatruję się częstokroć, iż oni z większą żywością, dosadnością, i Energią wyswietają bezbożnych wątpliwości i zarzuty, niżeli w samychże ich Księgach są przetowane, a odpowiadzą na te zarzuty, często przez Exklamacye tylko i zadziwienia, przez ugryzek, i potajanie przeciwnika, przez weśchnienie do Boga i używanie pomsty od zwierzchności rządu, na pięczę, czynić zwykli. Prześrzesze zatym Professor Uczniów, iż aby bluźnicę Religij Chrystusową, dojść iest iey nieznac i bydż rozwiązlym w rozpuście; przy zepsutych zaś obyczajach nic wygodniejszego, jako niczemu niewierzyć; ale żeby Religię gruntośnie bronić, trzeba bydż do skonale uczonym, cnotliwym i pracowitym. Sama okropność bezbożnych konsekwencji w porządku Fizycznym, Moralnym, i Politycznym, które wynikają z Ateizmu, z Materializmu, z Naturalizmu mniemanego, zdolna iest przekonać czysty i zdrowy rozum Człowieka, którego rozuzdane namiętności nieoślepili, o potrzebie, użyteczności, i Prawdzie Boskiej Wiary i Religii, rzadko zaś prawdziwie się zdarza, aby Refutacja bezbożnych pism zupełną w czytającym oświetonym Człowieku sprawiła satysfakcję; a często się sądzi iż większą by uczynił przystęp Autor dla Prawd Wiary, gdyby wecale bluźnierstwa bezbożnych nie wspaniał, ani przytaczał, niżeli że je w największym świetle rozwodząc, zdaje się z tym tylko popisywać że je czytał, że je znał, i że na nie może narzekać. W zagadce to podobno potożycy się należało: czy nieskuteczniejsza byłaby obrona Religii, gdyby w zapomnieniu i wzgardzie

nosæ concupiscentiæ nec dum excæ-
verant, apta sunt necessitatem ac utilita-
tem Religionis Christi adstruere, cum vi-
deat è doctrinis Irreligiosorum Doctorum
necessario Athæismum, Materialis-
mum, purumquæ naturalismum, quæ cun-
cta Numen divinum, & Immortalitatem
tollunt, consequi; raro autem Apologeti-
ci pro Religione libri, ac pauci qui per-
fectè scopum suum attingant, plurimi
vero plus prodescent, si horrendas
impiorum blasphemias silentio præ-
terirent; quám cum eas in omni-
earum vi, ac veneni atrocitatē produ-
centes, gloriari videntur, quod eas lege-
rint, aut quod in authores earum maledi-
cta impune ac imprecationes possint de-
bacehari. Hinc problematis loco for-
taſae jure merito proponeretur: Non-
ne efficacior, ac condignior apologia
Religionis Christi scriberetur, si spretis
& æternæ oblivioni damnatis impio-
rum blasphemias, sola tantummodo
in omni sua perfectione, puritate, san-
ctitate, certitudine veritatum, utilitate
ac amabilitate exponeretur Christi Fi-
des ac religio, cum omnibus veritatum
fuarum documentis: quám si vix me-
moratu digni infimæ fæcis perditæ yi-
tæ Scioli, cum omnibus eorum dubiis
sacrilegis, ad insolentiam protelvæ li-
bidinis excogitatis blasphemias in pu-
blicum refutationis causâ adducantur; unde
& qui nunquam has blasphemias in ve-
nenoso earum fonte legissent, ex lectio-
ne apologiæ fidei, addilcent, ubi fu-
sè ac dilucidè plus quam par est hæc im-
pietatis effata diducta invenient, pro-
ut toties experientia est compertum.
Optandum certe est ut cuiuscunque
optioni ac religiosi viri, sapienti ca-
lamo, hocce resolvatur problema.

XI. Usus rationis naturalis in re-
bus divinae fidei, ut est necessarius, quæ-
quæ sunt regulæ usus ejusmodi, explica-
bit ac super hoc disseret Professor,
quám fides illa, quæ occultaret sua do-
cumenta, aut quæ careret convincenti-
bus animum rationibus, aut quæ rationi
naturali ejusquæ principiis esset aperte
& directè contraria, eò ipso indigna
foret Deo, indigna quoque creaturæ ratio-
nali. Summam injuriam Deo ejusque ve-
ritatibus inferret, qui auderet blasphemio
ore alserere, quasi religio & fides Chri-
sti, exigere a nobis cæcum illum alsen-
sum; qui omni ratione sit spoliatus,

zostawiwszy bezbożnych blužnierstwa,
wyſtawiać tylko Religię tak czystą, świe-
tą, doskonałą i zakochaną godną, jak
ona jest sama w sobie ze wszystkimi do-
wodami swojemi, niżeli zaszczyt i chlu-
be czynić, ledwoie wortym w/pomnienia
rozpuſtnikom, każdą literę prawie, i każde
powo blužnierstw ich roztrząſaiąc; a kto
nieczytał tych blužnierstw w ich zrzodle,
nauczy się ich obszernie przywiedzionych
w refutacyy. Zyczyćby więc należało
aby madre i oświecone cziekolwiek Pió-
ro, zagadkę tę uczenie nam rozwiązało.

Ad hanc vñmine addit. T. III

XI. Używanie Rozumu jak jest po-
trzebne w rzeczach należących do Wiary,
powinnością Professora będzie to Ucznia
przełożyć; a jako Wiara, która by się nie-
zasadzała na najgruntowniejszym fun-
damencie, köraby się jawnie sprzeciwia-
ła rozumowi, tym samym byłaby niego-
dną rozumnego stworzenia. Jest to
znieważać wiare Boską, mówić o niej,
iż wyciąga i wymusza na nas poddanie
się bez rozumu, albo przeciw rozumowi.
Szczerość i prostość wiary nie jest to ślepo-
wiarstwo i ciemna rzeczy niewiadomość;
ale jest to poddaność oświecona Rozu-

aut rationi sic contrarius. Simplicitas fidei, ejusque sinceritas, non est cæca illa ac stupida credulitas, quæ indiscretum omnia credit, omnia alseverat; sed est prudens ac discreta subiectio intellectus coram Deo fæse humilantis, qui subdit se libenter authoritati Dei revelantis; dum immobiliter certus sit & perswasus, quod Revelatio hæc sit peracta, & quod ipse hæc docuit &c.



XII. Talibus animadversionibus, quas circumstantes praesentis sæculiingerunt permiscens Professor Lectiones suas, de Dogmatibus fidei, hæc duo præ oculis discipulorum potissimum ponet, elucidabitque ita, ut nec Libertinismus ac irreligio, nec fanatismus ac superstitione unquam in animis eorum locum teneat; atque dux Sacta Scriptura. Traditione perpetua & ab Apostolis ad nos transmissa, doctrina universalis Catholicæ Ecclesiæ, authoritate Conciliorum ac Ecclesiæ Patrum hoc monitum di vi Pauli continuo Discipulis suis repeatet: *Videte ne quis vos seducat per Philosophiam ac inanem fallaciam.* Addu. Etis vero variorum Theologorum definitionibus ac divisionibus, variis celebriorum scholarum, tractandæ Theologie systematis, præparabit animos Auditorum, ut debita devotione, pietate ac animi recollectione mysteria fidei Christianæ ediscant. Expositis denique quam utilissimè prologomenis, tractatum de Deo, ac de Sanctissima Trinitate præleget. Quisque autem Auditorum habens præ manibus exicum opus celeberrimi Petri Collet, reliqua ab ore Professoris ediscet, sive ea quæ ad essentiam fidei divinæ spectant, sive quæ eruditiois, ac notitiæ sensus variorum Theologorum causâ, in scholis explanari consueverunt.

Idem Professor Lectiones Sacrae Scripturæ die & hora per hebdomadam designatam dabit, incipiendo a Libro Psalmorum, usque ad finem librorum veteris Testamenti, atque in materiis specialibus pro opportunitate eorum librorum sacerorum quos leget, Dissertationes doctissimi Calmeti explicabit.

mu pokornego i rozsądnegó, który się poddaie powadze Boga, skoro jest pewny że to Bóg objawił i powiedział. Służnis Wiarę Boską równią do tej kolumny Ognistey, która Izraelitów prowadziła na puszczy; ma ona swoje stronę ciemną, bo tak ielałość jey wyciąga, ale też ma swoje stronę świętą, w której jaśniejszą naczyniące prawdy Promisie. Te to są cienie potrzebne w Obrazie Boskiej mądrości, mówi S. Augustyn; a ztąd Religia dosyć (powiada) ma światła do pociągnięcia serc prawych, i dosyć ma ciemności do zaślepienia rozpustnych i przeciw Bogu zuchawanych.

XII. Takiemi Uwagami przeplatając Teologiczne Lekcyje Professor, aby ani Ducha Libertyństwa niepochwałać, ani zagorzalego Fanatyzmu nie approbować; będzie to powtarzać w przewodnim sposobie za przewodnictwem gruntynych nauk z Pisma Świętego, z Tradycji poważnej, z Nauki Kościoła; co Paweł Święty do Koloensow mówi: Patrzcie aby was kto niezdradził przez Filozofią, i obłudne oszukania, Przywiadły zaś Rozumnych Teologów i Szkół stanowiących Definicje, podziały, Ilumaczenia i rozporządzenia Materyi Teologicznych, przygotuje umysły Uczniów do zastanowienia się z żywą pobożnością nad tajemnicami Wiary. Po tych nakońiec Prologemach Traktat o Bógu, i Trócy Najswiętszej czytać będzie, a zacnego Autora sławnego Colleta każdy z Uczniów przed oczyma mając, z ust Professora znajdzie zawsze wyjaśnienie, tak co do istotnej Teologii, czyli nauki Wiary należy, jak co tylko dla Erudycyi i wiadomości zdan rożnych Teologów wspanieć i przydać gotzbawie.



Tenże Professor Lekcyje Pisma Świętego dnia i godziny nuznaczonej dawać będzie, począwszy od Księgi Psalmów aż do końca Testamentu Starego, w szczególnijszych zaś Materyach, uczone sławnego Kalmota Dissertacye Uczniom ilumaczyć będzie.





Biblioteka Jagiellońska



stdr0018571

